

DAVIDIS

vonder Secte

EXPERIMENTA & ME-
DITATIONES circa Natu-
ralium Rerum Princi-
pia.

Naturalium rerum dari Prin-
cipia nemo est Christianus
Philosophus qui dubitet :
Mundum namq; huncce non
ab æterno fuisse, sed coepisse
aliquando ac in tempore à Ter Optimo,
Terq; Maximo Deo ex Nihilo negativo
creatum esse novimus. Neq; etiam igno-
rare possumus, cuncta quæ videmus cor-
pora, non simplicia esse, sed composita,
ortus namq; rerum ac interitus luculen-
ter satis hoc ipsum ostendunt. Cum ve-
rò omne compositum è simplicioribus
se sit conflatum, necesse erit, ut quæ sim-
plicia sunt, compositis priora sint, & quò
quæ res simpliciores sunt, eò cæteris pri-
ores sint, ac tandem cum consentienti-
bus